

enim est quo profertur ab ore loquenter, quippe prius quam profertur, nihil est, dum autem profertur, iam esse definit. Nihil ergo est in se, sed quedam emanatio producentis. Ita Ioannes se nihil esse in se confessus est, sed tantum aliquid Dei conservant, & producentis, signum aliquod, & factura de te dens ad nihilum.

Quomo^d do humi- litas ac- quiri po- test.

Eccē humilitatem præparant viā domini, hunc imitemur si dominum habitationem nostrum desideramus. Fons est dominus Iesus, ex corde pater no^r externaliter manans, non ascendit per mōtes, & colles, sed conuales que rit. Per medium montium pertransibunt aquæ, ait propheta. Et aliud. Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & sic videbit omnis caro salutare Dei. Hinc per Esaiam ait dominus Isa, vlt. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & tremorem sermones meos? Pauperculus pro humili ponitur, secundum aliam translationem. Nam paupertas spiritus humiliata est, secundū Aug. de verbis domini Deus superbis refutat, homilibus autem dat gratiam 1. Petri. 5. Studeamus ergo charissimi corde humiliari, quia sine humiliitate, virtus nulla est, sine humiliitate contraire, non contradictorie. De humiliitate vide in epistolarii Augustini, epistola. 111. Q. Item in epistola. 56. H. Esti apparet, quanto major appetit, tanto più culosior, quoniam quo maius bonum sibi quis attribuit, tanto magis Deum, quod Dei est vñprando blasphematur. Vnde pulchre ad propositum beatus Gregorii, in fine homili. hodieñ loquitur. Et si qualibet bona adhuc opera, nulla sunt nisi ex humiliitate condiantur. Miranda quippe actio cum elatione non eleuat, sed grauat. Qui enim sine humiliitate virtutes congregat, quia si in vento puluorem portat, & vnde ali quid ferre cernitur, inde deterius cecatur. Hæc Greg. Et bern. serm. 34. de diversis de virtute fortitudinis, at magna virtus humilitas, sine cuius obtenu- tu, virtus fortitudinis non solum vir-

tus non sit, sed in superbiaz virium erupit. Quod de fortitudine dicitur, simili ppter in aliis virtutibus locum habet. Ecce quomodo miranda opera, & virtutes, quo maiores apparent, tanto magis dejectiunt, ac condemnant si careant humilitate.

Sed quæris: Quomodo hanc acquire valebimus? Responso. Sanctorum exemplis & patrum doctrinis hanc accquirere possumus. Sanctorum exempla præcipua humiliata pollutum, utriusque testamenti scripturis inseruntur, quorum quedam colligit beatus Greg. homil. 8. super Ezech. s. Abrae Moysi, Esaiz, Hieremias, Danielis, Job. Et in praesenti homilia David, ostendens quemadmodum sancta animalia ad vocem supra firmamentum dimittunt pennas suas. Sed fortiora humiliatis exempla Ioannes nobis ostendit. Magis vero virgo intemerata. Super omnia autem Christus. Propter quod singulariter ad humiliatis sue imitationem nos hortatur Matth. 11. di. Discite à me quia misericordia sum, & humili corde. Dignum siquidem, vt dum tantorum humiliatem agnoscimus, nos indigni de nostra superbia confundamur. Vnde Greg. in homilia hodieñ. Si sancti inquit cum fortia agunt de semetipsis vilia sentiunt, quid in sua excusatione dicturi sunt, qui sine virtutis opere intumescent? Promouent etiam ad humiliatis acquisitionem patrum doctrinæ, quæ licet plurime sint & viles, vt q[uod] oculus considerationis dirigi debet ad sua infinita, ac defectus inexistentes tam naturales, quam morales, tam corporales, quam spirituales, ad aliorum bona, & virtutes nobis deficientes, ad profunditatem abyssus diuinorum iudiciorum. Propter quam ignoramus an opera nostra, de quibus extollimus, sint apud Deum placetia, vel reproba. Ad incertitudinem evenientium futurorum propter quam homo nescit an odio, an amore Dei dignus sit, eo q[uod] omnia in futurum referuntur incerta.

Sed hæc omnium maxima est, & facile